



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1863**

De S. Telesphoro Papa Et Martyre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72708)

## DE VIGILIA EPIPHANIE.

V JANUARI. **D**e antiquissimo sanctissimoque ritu Vigiliarum, ac hujus nominatim, agit fuse Baronius in Notis suis ad Martyrologium Romanum hoc die, et Galesinius. Hanc

Vigiliam pleraque cum Romano expriment Martyrologia, et liber Sacrament. S. Gregorii.

## DE S. TELESOPHO PAPA ET MARTYRE.

CIRCITER AN. CHRIST. CLIII. V JANUARI. **S**ancti Telesophi Papæ et Martyris vitam scripsit Notisque illustravit Zegerus Paullus Ordinis Carmelitarum Theologus et Monasterii Coloniensis Supprior. Colitur a sacro illo Ordine v Januarii; quamquam Hrabani, Notheri atque alia nonnulla mss. Martyrologia v Januarii ejus Natalem consignent. Liber quoque de Romanis Pontificibus, alterque sub nomine Luitprandi Ticinensis editus, Abbo Floriacensis iv Non. Januarii martyrio coronatum scribunt. Restituit hoc festum Clemens VIII, vel potius instituit commemorationem, ut testatur Gavantus comment. in rubric. Breviarii sect. 7, cap. 3.

NOT. 76.

## VITA

AUCTORE R. P. SEGERO PAULO

ORD. CARMEL. THEOLOGO.

§ I. Sub Antonino Imperatore florescente Ecclesie statu, floret quoque vetustum Prophetici, seu Eliani Ordinis Institutum Monasticum.

\* Polius 138.

a

b

c

S. Justinus apologiam pro Christianis scribit.

Vetus institutum Eliæ Prophetæ, sive Carmelitarum.

**C**um anno Christi quadragesimo supra centesimum mortuo Adriano Augusto, Antoninus ad Romani arcem Imperii evectus esset, Christiana per orbem fides, quæ sub Adriano Cæsare a persecutionis rabie respirare nonnihil coeperat, sub hoc eodem Antonino ampliori pace frui visa est. Nam sicut Hadriani tempore B. a Quadratus Propheta, Athenarum Episcopus, et b S. Aristides, philosophus Christianus libellos pro Ecclesia Apologeticos Imperatori exhibuerunt, ex quibus is comperta fidelium innocentia, ratus est iis parcendum esse; sic quoque imperante Antonino c. D. Justinus ex Philosopho Theologus Christianus Romæ docens, Imperatorem (exhibito ipsi et senatui Apologetico libro) deterruit a Christianis cruciandis; tametsi non ipsius mandato, sed ex sententia potius Præsidentum, et furore Gentilium nonnulli sub eodem Cæsare (veluti et ipse S. Telesphorus Papa) martyrium passi legantur, ante nimirum a Justino habitam Apologiam. Ipse namque Antoninus cognomento Pius, bonitate, amore et auctoritate Imperium, velut alter Salomon, perpetua pace, nullo penitus bello gesto continuavit annis viginti duobus et ultra; subinde illud Scipionis dictitans: Satis est unum civem conservare, quam mille hostes perdere: et principatum aieni non per severitatem, sed a clementia auspicandum esse.

2 Sub hoc itaque Imperatore pacifico, non tantum Christi fideles feliciorum aspiciant statum Ecclesie, sed et Prophetici seu Eliani Ordinis florebat Institutum Monasticum; quod vetus Carmelitarum Religio a tempore magni Eliæ Prophetæ usque in

præsens, licet varie temperatum, d Hereditaria successione, ut plures loquuntur Romani Pontifices, continuatum servat: quodque hoc etiam S. Telesphori sæculo non paucos utriusque sexus in variis mundi partibus sectatores habuit; usque adeo, ut ad ipsius quoque Ethnicæ Cæsaris Antonini aures ejusdem vetustæ Religionis fama nomenque pervenerit. Eo namque tempore, quo viri doctrina ac scriptis illustres apud Imperatorem in pretio habebantur, (qui nihil inconsultis gravibus viris negotiorum peragisse memoratur) florebat Galenus medicorum Coryphæus, Proclus Philosophus, Aulus Gellius, Balbinus, ac plures alii.

d

## NOTÆ

EJUSDEM R. P. SEGERI PAULLI

IN VITAM S. TELESOPHORI.

**V**ita hujus Pontificis breviter scripta reperitur in antiquo ms. Codice Carthusiæ Coloniensis, item apud Petrum de Natalibus lib. 2, cap. 46. Cornelium Gratum Carthusianum Tomo 1. Petrum Ribadeneiram Soc. Jesu: quibus inter alios auctores in hac vita conscribenda usi sumus. Meminerunt porro hujus quoque Telesophi, Martyrologia Romanum, Bedæ, Usuardi, Adonis, vetera manu-scripta ac recentiora omnia. Ejusdem insuper ex antiquis Scriptoribus mentionem faciunt Irenæus, Epiphanius, Eusebius, Optatus, Tertullianus, Augustinus, Nicephorus, et alii apud Baronium in Notis Martyrologii. Plures vide infra ad § 3.

Qui de S. Telesopho scripserunt.

a Quod hoc loco S. Quadratum Episcopum (de quo Martyrol. Rom. 26 Maii) Prophetam præ aliis appellemus, docuit nos Miltiades scriptor antiquus (qui an. Christi 173, floruit) apud Eusebium Cæsariensem hist. Eccles. lib. 5, cap. 16, ubi ista legitur: In eodem libro Prophetas novi Testamenti recitat, quibus Ammiam quemdam, et Quadratum annumerat. Et post pauca predictus Miltiades eundem Quadratum Atheniensem et Ammiam Philadelphensem cum SS. Agabo, Juda, Sila, et Philippi filiabus novæ legis Prophetis, recenset: qui non ideo tantum specialiter Prophetæ appellantur, quod prophetæ dono seu spiritu predicti fuerint, nam et hoc multis aliis Sanctis temporibus istis commune fuit; sed quam maxime quod Prophetici Ordinis sectatores extiterint, cujus professores olim Prophetarum filii, hoc est discipuli, et a D. Hieronymo veteris legis Monachi appellati leguntur. Et ideo iidem, qui supra, Agabus, Judas, Silas, et alii quidam a Palaeonymo, et Didaco de Cória in Annalibus suis expresse inter Eliani seu Prophetici ordinis viros recensentur.

S. Quadratus Episc. Athenien. Prophetæ Carmelita, ut plures alii.

b De Sancto autem Aristide philosopho Christiano, agit Romanum Martyrologium ad xxxi diem Augusti.

c De S. Justino xiii Aprilis.

d Hereditariam successionem a tempore S. Eliæ, Carmelitarum Ordinem usque in præsens retinere, ut in hoc 1 § dicitur, testantur præter alios recentiores Romanos Pontifices, Sixtus IV, in Bulla quæ incipit, Dum atenta meditatione, etc., data Romæ. Anno Christi 1476, 4 Kal. Decembris. Julius II, anno 1504, et Gregorius XIII, anno 1577. Qui omnes uno ore sic proloquuntur post alia: Et inter ceteros Regularium Ordinum professores in firmamento Catholice fidei militantes, tanquam Religionis speculum et exemplar specialis caritate fulgentes, Sanctorumque Prophetarum Eliæ, et Elisæ, et Enoch, nec non et aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitaverunt, successionem hereditariam tenentes, etc.

Carmelitarum ab Eliâ descendunt.

Sic illi. Noverint autem simpliciores, hæc lecturi, predictum S. Enoch non illum esse qui dudum ante Eliæ tempora translatus 7 Julii.

S. Enoch de Anathim. tus 7 Julii.

tus est, Genes. 5, sed alterum longe juniorem, Joannis Baptistae et Christi Discipulum, qui postmodum ab Apostolis Episcopus Nicopolis creatus est, de quo Palaeonodorus lib. 2, cap. 2 Bibliotheca Tigurina fol. 214, ubi Enochus de Anathim vocatur, et nos alibi de eo latius, in ejus vita ad 7 diem Julii.

Alios non paucos hujus Instituti Religiosos, quos eodem S. Telesphori saeculo floruisse, hoc § primo diximus, nominatim recensere, haec Nota non patiuntur: de quibus in Annalibus nostris ad idem saeculum, atque in vitis quorundam Sanctorum seorsim conscribendis, latius agemus: ut inter alios, de Sancto Serapione, octavo Episcopo Antiocheno eruditione clarissimo, qui ex Carmelitarum Ordine an. Christi 191, teste Eusebio in Chronico ad sedem illam sublimatus est, cujus festivitatem annum Carmeliticus Ordo, auctoritate Sedis Apostolicae, velati ejusdem Ordinis Professoris, ad 30 diem Octobris (quo etiam in Romano Martyrol. annotatus cernitur) sub duplici officio celebrat usque in praesens.

§ II. Telesphorus Carmelitanæ Religionis, hoc tempore Ethnicis quoque scriptoribus cognite, sectator existit.

*a* Hic autem a Balbinus dum inter ceteros Imperatori familiaris esset, quamdam ei inscribens epistolam, in hunc modum hujus, de qua loquimur, vetustæ Religionis Montis Carmeli meminit dicens: Mons est nomine Carmelus, in quo vetus religio, et sanctitas antiqua est: Elias illic sacrificia semper Deo offerebat: apparent etiam in nunc vestigia de ara sacrificiorum. Sic ille. Et quidem aræ ac Oraculi hujus Montis, consequenter autem et cultus religiosi, etiam ante hæc tempora, apud Ethnicos scriptores mentio habetur, ut apud *b* Cornelium Tacitum Equitem Romanum anno Christi centesimo decimo; et Suetonium Tranquillum anno centesimo vigesimo, dum uterque Vespasiani Imperatoris res gestas conscribit. Cornelius siquidem in hunc modum: Est Judæam inter Syriamque Carmelus, ita vocant Montem, Deumque. Nec simulacrum Deo aut templum, (sic tradidere majores) ara et reverentia: illic sacrificanti Vespasiano, cum spes occultas versaret animo, *c* Basilides Sacerdos, inspectis identidem extis: Quidquid est, inquit, Vespasiane quod paras, seu domum extruere, seu prolatare agros, sive ampliari servitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum. Hæc ille inter alia. *d* Suetonii vero in Vespasiano, cap. 3, ubi agit de præsignis et signis imperium ejus præcedentibus, sunt ista: Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulente ita confirmavere sortes, ut quidquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur. Ita Suetonius. Hoc vero Dei oraculum (inquit Basilides Augussola, Theologus et orator Apostolicus) non fuisse Gentilium, qui ibi non commemorantur, certum est, neque a Judæis, contra quos tamquam hostes procedebat, petiisse est manifestum: unde reliquum est confirmari ibi religiosos Carmelitas commemoratos esse. De sortium vero confirmatione loquitur Suetonius Gentilium more. Sic ille. Quod idem intellige de Cornelio Tacito, dum Basilidem eodem Gentilium ritu sacrificio intendisse falso astruit: qui vir Catholicus, sanctimonia præcipuus, et Carmeli Religiosorum Rector seu Abbas erat.

*b* Cornelium Tacitum Equitem Romanum anno Christi centesimo decimo; et Suetonium Tranquillum anno centesimo vigesimo, dum uterque Vespasiani Imperatoris res gestas conscribit. Cornelius siquidem in hunc modum: Est Judæam inter Syriamque Carmelus, ita vocant Montem, Deumque. Nec simulacrum Deo aut templum, (sic tradidere majores) ara et reverentia: illic sacrificanti Vespasiano, cum spes occultas versaret animo, *c* Basilides Sacerdos, inspectis identidem extis: Quidquid est, inquit, Vespasiane quod paras, seu domum extruere, seu prolatare agros, sive ampliari servitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum. Hæc ille inter alia. *d* Suetonii vero in Vespasiano, cap. 3, ubi agit de præsignis et signis imperium ejus præcedentibus, sunt ista: Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulente ita confirmavere sortes, ut quidquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur. Ita Suetonius. Hoc vero Dei oraculum (inquit Basilides Augussola, Theologus et orator Apostolicus) non fuisse Gentilium, qui ibi non commemorantur, certum est, neque a Judæis, contra quos tamquam hostes procedebat, petiisse est manifestum: unde reliquum est confirmari ibi religiosos Carmelitas commemoratos esse. De sortium vero confirmatione loquitur Suetonius Gentilium more. Sic ille. Quod idem intellige de Cornelio Tacito, dum Basilidem eodem Gentilium ritu sacrificio intendisse falso astruit: qui vir Catholicus, sanctimonia præcipuus, et Carmeli Religiosorum Rector seu Abbas erat.

*c* Basilides Sacerdos, inspectis identidem extis: Quidquid est, inquit, Vespasiane quod paras, seu domum extruere, seu prolatare agros, sive ampliari servitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum. Hæc ille inter alia. *d* Suetonii vero in Vespasiano, cap. 3, ubi agit de præsignis et signis imperium ejus præcedentibus, sunt ista: Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulente ita confirmavere sortes, ut quidquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur. Ita Suetonius. Hoc vero Dei oraculum (inquit Basilides Augussola, Theologus et orator Apostolicus) non fuisse Gentilium, qui ibi non commemorantur, certum est, neque a Judæis, contra quos tamquam hostes procedebat, petiisse est manifestum: unde reliquum est confirmari ibi religiosos Carmelitas commemoratos esse. De sortium vero confirmatione loquitur Suetonius Gentilium more. Sic ille. Quod idem intellige de Cornelio Tacito, dum Basilidem eodem Gentilium ritu sacrificio intendisse falso astruit: qui vir Catholicus, sanctimonia præcipuus, et Carmeli Religiosorum Rector seu Abbas erat.

*d* Suetonii vero in Vespasiano, cap. 3, ubi agit de præsignis et signis imperium ejus præcedentibus, sunt ista: Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulente ita confirmavere sortes, ut quidquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur. Ita Suetonius. Hoc vero Dei oraculum (inquit Basilides Augussola, Theologus et orator Apostolicus) non fuisse Gentilium, qui ibi non commemorantur, certum est, neque a Judæis, contra quos tamquam hostes procedebat, petiisse est manifestum: unde reliquum est confirmari ibi religiosos Carmelitas commemoratos esse. De sortium vero confirmatione loquitur Suetonius Gentilium more. Sic ille. Quod idem intellige de Cornelio Tacito, dum Basilidem eodem Gentilium ritu sacrificio intendisse falso astruit: qui vir Catholicus, sanctimonia præcipuus, et Carmeli Religiosorum Rector seu Abbas erat.

His propter incredulos quosdam, et domesticæ ignaros historiæ, præjectis necessario fundamentis, ad Sancti, de quo agimus, Telesphori Acta, tametsi brevia, sermonem convertamus.

*a* Balbini hujus, ad Antoninum Imperatorem Epistolæ, meminerunt: Philippus Ribotus, lib. 5, de peculiaribus gestis Carmelitarum cap. 3, qui claruit anno Christi 1303. Arnoldus Bosius, in patronatu Mariano cap. 2 anno 1460. Joannes Palaeonodorus, lib. 1, cap. 6, anno 1480. Didacus de Coria Dilucidarii Carmel. lib. 1, cap. 26, anno 1370, et alii. Porro cum de hoc Balbino, utique viro celebri, et nota dignitatis, quis fuerit inquiri, occurrit vs. Induculus Romanorum Pontificum. Liberii Papæ tempore scriptus, qui apud PP. Societatis Jesu Antverpiæ extat: ex quo sequentia descripta: Telesphorus annis undecim, etc. Fuit temporibus Antonini Maerini a Consulatu Titiani et Gallicani, usque Cæsare et Balbino. Hæc ibi. Potuit igitur hic Balbinus, (alias P. Cælius Balbinus Vibullus Pius, Baronio autem ad annum Christi cxxxix, dumtaxat Vibullus Pius dictus) qui anno xx Hadriani Imperatoris Consulatum gessisset, postmodum Antonino Imperatori (qui Hadriano in Imperio successit) prædictam scripsisse Epistolam. Sed hæc ex conjectura dicta sint, dum aliud certi de eo non habeo. Hoc tantum dico, Epistolam illam potius videri scriptam esse ad Antoninum Primum ejus nominis, quam Secundum, Tertium aut Quartum; partim quod ipse Antoninus Imperator ab omnibus Auctoribus citatis semper absolute absque cognomine ponatur; et hoc modo cum, exempli causa, Gregorium Papam, aut Constantinum Imperatorem absolute nominamus, potius ejus nominis primum quam alium intelligimus; partim etiam quod Balbini istius tempus cum hoc Antonino magis coherere videatur. Si quis nihilominus adversariorum urgeat, posse etiam intelligi Secundum, Tertium aut Quartum ejus nominis Antoninum; esto: nihilominus antiquitatis Epistolæ hujus nihil derogabitur, cum omnes isti Antonini intra sexaginta dumtaxat annos vixerint. Nam secundus ejus nominis, cognomento Verus, Antonino Primo (qui Pius cognominatus est) successit anno Christi cxxiii. Tertius, cognomento Caracalla, Imperium iniiit anno a cxxii, et Quartus, cognomento Heliogabatus, anno b cccx, qui quadriennio tantum in Imperio spurcissimam vitam egit. Vide Sebastianum Verronium lib. 6, a cap. xvi usque ad xxv. Baronium in Annalib. etc.

*b* Ad Cornelii Taciti auctoritatem quod attinet, illa dumtaxat ex eo Auctore Ethnicis hic adduximus, quæ nostro congruebant intento, alias ejus verba plenus discussuri in Historia Commemorationis solemnæ B. V. MARIE de Monte Carmeli, ad 16 diem Julii; dum probabimus primum in orbe terrarum templum a Carmelitis Deiparæ Virginii in monte Carmeli erectum et consecratum esse anno Christi 38, ipsa adhuc vivente, non autem 83, ut perperam, et inverso numero in Majori Ordinis speculo legitur, unde liber D. Joannis 44, Jerosolymorum Episcopi desumptus est, et alii quidam errandi ansam ceperunt. Iterum de Cornelio Tacito mox infra.

*c* Agunt de B. Basilide Presbytero et Ordinis hujus Rectore, seu Abbate Montis Carmeli inter alios Didacus de Coria lib. 7, cap. 3, per totum, et fuse Petrus Thomas de Saracenis in Menol. par. 1, fol. 77 usque 81, ex quibus et aliunde satis patet Basilidem hunc non Ethnicum et advenam, sed Catholicum Sacerdotem, Carmeli incolam, virum sanctum extitisse; nec Gentilium ritu, sed Christianorum more, per incrementum altaris Sacrificium, non diis gentium, sed Deo cæli viventi, idque in ara ac templo Deiparæ Virginii sacro, presente Vespasiano, sacrificasse, (quod contigit anno Christi 68, ipso exordio belli Judaici, ante urbis Hierosolymæ excidium anno quinto. Vide Verronium in Nerone, licet Cornelius Tacitus Gentilis, in odium Christianorum, et favorem gentis suæ, prædicta aliter accidisse mentiat. Sane Tertullianus vetustissimus et celeberrima fama vir (qui haud longe post Cornelium, ann. Christi 197, florebat) hæc de eodem in Apologet. cap. 13. At enim idem Cornelius Tacitus, sane ille mendaciorum loquacissimus, in eadem historia refert. Hæc Tertullianus. Et quid mirum si nos illum mendacii arguamus, dum negat templum in Carmelo, sed aram tantum extitisse? reclamante expresse Josepho Antiocheno, de quo infra. Plura de prædicto Basilide dicenda occurrunt, cur scilicet illum Abbatem appellemus, et qualiter historia illa, de oraculo Carmeli tunc ad Vespasianum facto, in antiquis monumentis et picturis reperiat, etc., quæ prolixitatis vitandæ causa in aliud tempus et locum differimus.

*d* Ad citatum Suetonii locum ita commentatur Levinus Tertrentius: Carmelum vocant Tacitus et Suetonius Deum qui sine nomine est, et regnat in æternum. Unde liquet ipsum quoque existimasse sacra isthæ Christiana peracta. Tamen Paulus Orosius, lib. 7, cap. 9, scribit quibusdam in Carmelo monte seductos sortibus, quæ portenderent exortos a Judæa duces rerum potiturus fore, prædictamque ad se trahentes in rebellionem exarsisse. Nisi forte etiam Christianorum vaticinia illi ad rem suam traserunt.

AUCTORE  
SEVERO  
PAULLO.

Balbinus de  
Carmeli reli-  
gione scribit.

Inno 161, 6  
Mart.  
a 211, 4 Feb.  
b 218, 7 Jul.

D. Virginii vi-  
venti tem-  
plum dica-  
tum.

Tacitus men-  
dax.

ACTORE  
SEGERO  
PAULLO.

### § III. Idem Telesphorus Romanæ Ecclesiæ Pontifex creatur.

**I**s itaque natione Græcus, ex Orientis partibus ortus, Anachoreta Eliani sive prophetici Carmelitarum instituti, ex eorum numero unus fuit, de quibus a Josephus Antiochenus vetustissimus Auctor, eidem contemporaneus loco supra citato, scribit in hunc modum: Perfectorum militum Christi, Apostolorum coadjutores surrexerunt, strenuissimi viri solitarii, contemplationique dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ et Elisæi sequaces: qui de Monte Carmeli descendentes, per Galileam, Samariam et Palæstinam, fidem Christi constantissime sparserunt; quique in Virginis Mariæ honore in Carmeli Montis declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri specialissime servierunt. Hæc ille. Ab his, inquam, perfectis militibus Christi virisque Apostolicis, Telesphorus fama sanctitatis inclutus, præclarisque in omnes meritis spectatus, descendit. Et quidem ex Anachoreta ipsum ad Pontificatum assumptum esse, *b* Liber Pontificalis S. Damaso Papæ inscriptus, et jam olim ab Ecclesia receptus, aperte contestatur.

*a*  
*Carmelitarum initio Ecclesiæ.*

*b*  
*S. Telesphorus Pontifex eligitur.*

**6** Cum ergo eximia vite sanctimonia nedum Ordinem suum Propheticum exornaret, sed et clarissimis virtutum ac scientiarum radiis Romanam illustraret Ecclesiam, post dura Eremi certamina, summus in terra Christi Vicarius est factus. Nam post Sixti ejus nominis primi Pontificis sanctissimi martyrium, quo is anno Christi centesimo quadagesimo secundo coronatus est, cum cessasset Episcopatus dies dumtaxat duos, S. Telesphorus, qui ex Oriente religionis ergo jam ante Romam advenerat, unanimis omnium applausibus atque suffragiis nonus in ordine ad sacrosanctum illud summi sacerdotii solum Petri evectus est ad octavam Aprilis diem. Fuere autem S. Telesphori mores sanctorum antecessorum Pontificum persimiles, et omnino tales, quales sacrosanctam decebant dignitatem.

*a* Hæc Josephi Antiocheni in presenti §, adducta Auctoritas, ab omnibus pene tam antiquis quam modernis citatur pro Carmelitana Antiquitate scriptoribus; nam præter auctores superiores §, memoratos Ribotum, Bostium, Paleonydorum, Didacum, proferunt eandem Constitutiones Ord. Carmelitarum a Sede Apost. approbate part. 1, cap. 1, § 1. Joannes de Molinis in speculo historiali c. 4, qui claruit an. 1369. Bernardus Olerius, Generalis Ord. sui ad Urbanum VI, Pontificem Max. ann. 1378. Thomas Waldensis celeberrime fame doctor et insignis sanctimonie vir, Doctrinalis fidei lib. 4, art. 2, cap. 27, an. 1420. Thomas Scropeus cognomento Bradley Episcopus Dromorensis, lib. ad Eugenium IV Papam an. 1440. Baptista Mantuanus notissimus Doctor ac Poeta, in Apologetico ad Sigismundum Cardinalem, an. 1480, et plures alii etiam non domestici. Ipsum autem Josephum Antiochenum claruisse anno Christi 130, videri poterit in Bibliotheca Tigurina fol. 517, et apud Antonium Possavinum Soc. Jesu, in Appar. sacro.

*S. Telesphorus Carmelita.*

Fuisse vero S. Telesphorum Carmelitane Religionis Professorem, partim antiqua istius Ordinis traditio, cum domesticis scriptoribus, præsertim Didaco de Coria Theologo, lib. 7 Dilucidarii sui cap. 11, testatur; partim etiam vetusta Ordinis ejusdem Breviaria ac mss. Psalteria declarant; tum denique et externi non minime fame viri huic nostræ assertioni subscribunt, ut inter alios Carolus Tapia, nono § citatus, de quo Philippus Metius Straubingensis, Superioris Germaniæ Carmelita, lib. de vitis illustriorum aliquot Ord. Carmelitarum cap. 2, S. Telesphorus Papa, natione Græcus, fuit monachus Instituti Carmelitani, ut testatur Carolus Tappia in sua Chronica: Hic post multa salubria in Ecclesia decreta, et vitam sanctissime tractatam, cum sedisset annis undecim, menses tres, Romæ pro fide Christi martyrium subit anno 134, sepultus in Vaticano juxta corpus S. Petri. Ex Archivo Carmelitar. Hæc Philippus Metius qui supra. Eiusdem etiam Caroli Tapia mentionem facit Dominicus Gravina, Ordinis Prædicatorum in voce Turturis par. 2, cap. 15, dum ait: Cardineæ vero, et Episcopali dignitate (in Carmelitarum Ordine) fulgentes multos recenset Carolus Tapia, Regens supremi Concilii, vir doctissimus et religiosissimus, lib. de Relig. et alii scriptores. Hæc Gravina Dominicanus. Accedit Joannes Carthagensis Minorita, eodem 9: sive ultimo § allegatus, qui ait: Sed et his non contentus, alios non minus insignes Sanctos nunc commemorabo. Hi sunt S. Telesphorus, S. Dionysius Papæ; qui fuerunt primi, qui ex monachis assumpti sunt ad Pontificatum. S. Anastasius Persa Martyr; S. Benedictus Papa et martyr. De

quibus omnibus, tanquam de palmitibus vineæ Carmeli, Apostolica auctoritate fit officium in Ordine Carmelitarum, et appositi sunt in Calendario et Breviario sub nomine Carmelitarum, Hæc Carthagensis inter plura alia.

*b* Sunt præterea in presenti § tertio notanda verba illa Pontificalis Romani: Telesphorus natione Græcus, ex Anachoreta; factus scilicet Pontifex: Nam non ex parte Anachoreta, ut Platina, et Onuphrius non recte explicant, quasi pater seu genitor ejus Anachoreta vocatus fuerit, sed ex Anachoreta, hoc est, qui ante Pontificatum Anachoreticam seu Eremiticam vitam duxerit. Sanctus enim Damasus Papa, cui idem liber Pontificalis inscribitur, si tamen is auctor est, nec ullam quidem parentis Telesphori mentionem facit, cum nihilominus in aliis Pontificibus, quorum progenies ipsi innotuit, semper illam voelam: Ex patre, addere soleat, exempli causa: Linus natione Italus, patre Herculiano: Cletus natione Romanus, patre Emiliano: Clemens natione Romanus, ex patre Fausto; Anacletus natione Græcus, ex patre Antiocho. Hæc ibi: et sic deinceps. Dum autem summorum Pontificum genealogiam, seu patris nomen invenire nequit, statum seu conditionem eorum addere solet, ut in Dionysio: Dionysius ex monacho, cujus generationem invenire non potuimus: In Hygino, Telesphori immediato successore: Hyginus natione Græcus, ex Philosopho de Athenis, cujus genealogiam non invenit, quod similiter in Sixto, Dionysii predecessore repetit dicens: Sixtus natione Græcus, ex Philosopho de Athenis. Quod si ista Platina et Onuphrii explicatio valerit, jam equali ratione Hyginium et Sixtum ex patre Philosopho, ac Dionysium ex patre Monacho (hoc est quorum parentes Philosophi, vel Monachi fuerint, vel appellati sint) natos dixerim; quod et ridiculum videtur, et communi Patrum ac scriptorum interpretationi repugnat. Siquidem nec apud Baronium vox illa (ex patre) addita reperitur, nec apud alios recentiores Auctores interpretatio ista locum habet, sed illa potius quam nos dedimus.

*Ante Pontificalium Annachoreta.*

### § IV. Quadagesimam collapsam instaurat: Clero septem hebdomadarum abstinentiam a carnibus præscribit.

**P**orro cum propagandæ, stabilendæ, ac ornandæ Ecclesiæ vigilantissimus intenderet ac præsideret Pastor, plura utilia in ea sancivit decreta. Congregato namque Episcoporum concilio, statuit primo ut septem plenis hebdomadibus ante Pascha Clerici omnes a carne et deliciis jejunent. Sic enim ejus super hoc statuto sonat decretalis Epistolæ tenor: *a* Quapropter cognoscite (inquit) a nobis et a cunctis Episcopis in hac sancta et Apostolica Sede congregatis statutum esse, ut septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clerici in sortem Domini vocati a carne jejunent: quia sicut discreta esse debet vita clericorum a laicorum conversatione, ita et in jejunio debet fieri discretio, et infra: Et sicut hi amplius sunt applicati divinis cultibus, et familiares Domini dicuntur Salvatoris, ita moribus et conversatione atque sanctitate debent esse distincti. Has ergo septem hebdomadas omnes Clerici a carne et deliciis jejunent; et hymnis et vigiliis atque orationibus Domino inherere diu nocturne studeant.

*a*  
*7 Hebdomadas jubet Clericos carnibus abstinere.*

**8** Præterea quadagesimale Jejunium tam clericis quam laicis commune, quod ab Apostolica quidem institutione manavit, cum fideles traditione dumtaxat servarent, atque de ejus observantia diversa esset consuetudo Ecclesiarum; nec non ob persecutionis acerbissimam multas in locis negligenteretur; idem Sacer Pontifex primus edita constitutione Apostolica, perpetuo stabilivit. Nam ipsam Quadagesimalis Jejunii observantiam, ante Telesphori tempora S. Ignatius Episcopus et Martyr Apostolorum temporibus, scribens ad Philippenses suadet in hunc modum: Quadagesimale Jejunium ne spernatis; continet enim exemplum conversationis Dominicæ. Sic ille. Ut interim omitamus Apostolicum Canonem sexagesimum octavum idipsum præscribentem. Igitur hoc Jejunium sacrum S. Telesphorus tam exemplo quam doctrina, ritu sanctissimo ita confirmavit, et observandum decrevit, ut laicis omnibus quadraginta Jejuniorum dies sufficerent, clerici autem ob rationem dictam ad septem hebdomadas plenas idem Jejunium extenderent.

*Quadagesimale jejunium lege sancit.*

*a* Referuntur hæc in decret. cap. statuumus, dist. 4.

§ V.

§ V. *Tres Missas in Nativitate Domini celebrandas, et hymnum Angelicum, Gloria in excelsis, ac sacrum Evangelium in Missa recitandum decernit.*

3 Missæ in Nativitate.

Insuper, quantum ad Missarum solemniam instituit Primo S. Telesphorus ut in sacra nocte Nativitatis Domini tres celebrentur Missæ; Prima in pullorum seu galli cantu, jam nocte media proximante; quando Christus in Bethleem nasci dignatus est. Secunda, illucescente Aurora, quando in cunabulis a pastoribus adoratus est. Tertia in ipsa hora diei Tertia, quando illuxit nobis dies Redemptionis nostræ.

Ut Gloria in excelsis.

10 In his deinde, atque aliis Missarum solemnibus, hymnum Angelicum, Gloria in excelsis Deo, decantari præcepit dicens: Nocte vero sancta Nativitatis Domini Salvatoris Missas celebrent, et hymnum Angelicum in eis solemniter decantent et infra: Ab Episcopis autem idem Angelicus hymnus pro tempore et loco in Missarum solemnibus celebrandus est, atque solemniter recitandus. Ad hæc quoque statuit, ut sanctum Christi Evangelium in Missa ante Canonem, veluti et prædictus Angelicus hymnus pronuntiaretur.

Evangelium.

Missæ solemnibus ante Tertiam non fiant.

11 Denique, ut extra noctem Natalis Domini, ante horam diei Tertiam Missæ non celebrentur, instituit, subsequenti tenore: Reliquis etiam temporibus Missarum celebrationes ante horam diei Tertiam minime sunt celebrandæ, quia et eadem hora Christus crucifixus est, et super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur. Hæc tamen notant quidam accipienda esse de his, quæ frequentiori usu in Ecclesia servarentur, cum alioquin multis constet exemplis, in sacris vigiliis noctu sacrificium offerri consuevisse. Attamen adhuc temporibus nostris sacrum solemnem, quod conventuale dicimus, apud Religiosos præsertim ordines, ante horam diei Tertiam (quæ nobis Nona est) communiter, juxta eandem S. Telesphori constitutionem, non celebratur.

§ VI. *Alia multa præscribit documenta.*

Varia utiliter a Telesphoro statuta.

Quantum vero ad reliqua utilissima beati Pontificis documenta, quæ pro Christi fidelium instructione in præmemorata Decretali scribit Epistola, quæque inde veluti e fonte uberius, qui volet, haurire poterit, hæc pauca in præsentem annotasse sufficiat. Statuit namque in primis Episcopos ac Dei Sacerdotes a nullo secularium arguendos, accusandos, seu quibuslibet machinationibus maculandos esse. Ad hæc alienum servum, seu proximum nostrum non temere esse judicandum. Adjungit deinde, qui et quales in judicio accusatores admittendi sint. Multis præterea divinæ scripturæ testimoniis malitiam insidiatorum seu accusatorum Dei servorum demonstrat: Ac salubri tandem exhortatione omnes admonens, hanc inter alias, ad resistendum diaboli insidiis, congruam sub finem ejusdem Epistolæ suæ adducit sententiam dicens: Tales enim membra sunt diaboli, qui sursum atque deorsum pervolans, quærît quos possit occidere, quos possit separare, quos possit devorare. Propter quam rem vigilandum est, et armis celestibus sumis muniendi, ne in ejus compedes incidamus, aut ejus foveis illaqueemur.

§ VII. *Sollicitam Ecclesiæ curam gerens Telesphorus, per diversas orbis partes divini verbi præcones mittit.*

Verumtamen, ut nedum scripto et doctrina per semetipsum, sed et per idoneos ministros commis-

sum sibi Ecclesiæ ovile fidelissimus Pastor quaquaversum per orbem terrarum studiose curaret, et evangelicæ doctrinæ pabulo esurientes oves pasceret, errantes seu devias Dominicis humeris reimponeret, triginta tres, juxta amorum Christi numerum, ex omni selegit fidelium multitudine viros, vita ac doctrina spectatos; quos juxta illud Magistri sui, euntes in mundum universum prædicare Evangelium omni creaturæ, ad simile Evangelici muneris officium selegit. Ex his autem in quatuor a se habitis ordinationibus Episcopos creavit tredecim, Presbyteros duodecim, et Diaconos octo; prout in Pontificali Romano his verbis scriptum reperitur: Hic fecit Ordinationes quatuor per mensem Decembrem, Presbyteros XII, Diaconos VIII, Episcopos per diversa loca XIII. Et hos quidem Episcopos in diversas, ut dictum, misit orbis terræ provincias, Presbyteros vero et Diaconos in Romanæ urbis et vicinarum partium adhibuit ministerium. Recenseri etenim idcirco solent in singulis Romanis Pontificibus non solum ordinationes Clericorum, qui Ecclesiæ Romanæ usui essent, sed et Episcoporum, qui in diversas, longeque dissitas provincias mitterentur: ut vel ex his etiam perspicuum reddatur, fuisse muneris Romanorum Pontificum, non solum urbis, sed et orbis totius Ecclesiæ consulere.

AUCTORE  
SEGERO  
PALLIO.

Varios ordinat et ad prædicandum mittit.

§ VIII. *Valentino et Marcioni hæresiarchis suis temporibus exortis, cum ceteris Apostolicis viris fortiter resistit.*

Consuluit sane Telesphorus Ecclesiæ, modo jam dicto: et non hoc solum, verum etiam cum adverteret suo tempore impiam inter Christi fideles disseminari hæresin Valentinianam, quæ tam in Christum Dei filium, quam in Matrem ejus benedictam blasphemia erat; Apostolico armatus zelo, eam debellare aggressus est, ipsamque anathematis fulmine damnavit. Hic quippe Valentinus hæresiarcha, Platonicus Sectator, Antonino imperante ac B. Telesphoro quartum in Pontificatu annum agente, inter alia dogmata perversa docere cœpit Christum Salvatorem nostrum, sic quidem de Virgine natum, ut ex ea tamen nihil carnis acceperit, sed per ipsam velut per canalem seu fistulam transierit, carnemque de cælo secum devexerit. Negabat et Resurrectionem ejusdem carnis, sed aliud esse ex alio corpus componendum, imo nec omnium esse resurrectionem. Addebat Deum creatorem temporis habuisse initium: et his similia. Prodiit insuper ejusdem Pontificis Telesphori quinto, ex quo sedere cœpit, anno, teste Tertulliano, Marcion itidem hæresiarcha, Stoicorum scholæ Philosophus, Cerdonis discipulus, qui uti et magister suus, duos ponebat Deos sibi contrarios, quorum alter bonus, malus alter esset; unus veteris auctor legis, alius novæ; a malo Deo mundum creatum esse, a bono restitutum, ac redemptum. Respuebat ipse vetus testamentum tamquam a malo Deo prolatum, novum vero pro libitu suo mutilabat, aliaque absurda multa et damnata superaddebat dogmata; ipsum nimirum diabolum Deum faciens: ut non immerito S. Polycarpus, D. Joannis Apostoli discipulus, ipsum (ut B. Ireneus attestatur) primogenitum satanæ nuncupaverit.

Valentini et Marcionis hæreses.

15 Per hos igitur Valentinum ac Marcionem hæresiarchas eorumque Discipulos, Catholica Ecclesia miris vexata pressuris, longeque molestius ac periculosius horum circumventa dogmatibus quam gentiliū persequentium exagitata cladibus, diruta ferme atque convulsa fuisset, nisi super firmam Petram fundata, atque in Petro (ejusque temporibus istis successore Telesphoro) Christi promissionibus stabilita, omnibus hostium, et adversantium potestatum ictibus fortior atque solidior semper inconcussa mansisset.

His resistit S. Telesphorus.

AUCTORE  
SEVERO  
PAULLO.

sisset. Hic nempe Pontifex sacerrimus, ceterique quos ea tulit ætas, Apostolici viri, pro veritate tuenda, adversus tantam impostorum colluviem, egregiam navarunt operam. Factumque hinc est, ut magistra veritate, hæretica improbitas, ac probitas Catholica, singulæ suis distinctæ characteribus, agnoscerentur, et illa quidem condemnaretur, hæc autem commendaretur.

§ IX. *Illustri coronatur martyrio Telesphorus, et annua ejus in Ecclesia celebratur festivitas.*

Martyrium  
subit.

Tandem vero bonorum operum gloria clarissimus Pontifex, cum sedisset annos undecim, menses novem, triduo minus, felici cruore aspersus, ad cælestem patriam magno bonorum omnium gemitu, cum palma migravit martyrii anno Christi centesimo quinquagesimo quarto, a Nonis Januarii: sepultusque est in Vaticano, juxta corpus B. Petri Principis Apostolorum. Ejus porro cum illustris martyrii, tum pro Ecclesia impensi studii, Romanum Martyrologium ad quintum diem Januarii meminit in hunc modum: Romæ, S. Telesphori Papæ, qui sub Antonino Pio, post multos labores pro Christi confessione illustre

martyrium duxit. Sed et D. Irenæus de eodem: Gloriosissime (inquit) martyrium fecit. Tertullianus etiam, in poemate contra Marcionem, a se, cum esset junior, scripto, de eodem his versibus:

*Post expleta sui qui lustris tempora, tradit*

TELESPHORO: *excellens hic erat, Martyrque fidelis.*

17 Memoria autem ejus anniversaria non tantum in tabulis Ecclesiasticis Martyrologii Romani, ut jam vidimus, notata reperitur, sed et Clemens Octavus Pontifex Maximus, hoc nostro sæculo, videlicet anno Christi millesimo sexcentesimo secundo, ipsum Romano Breviario, a se reformato inseruit: Tametsi etiam Carmelitarum Ordo ante illa tempora ab antiquo ejus festivitatem annuam quinto die Januarii celebraverit; quo die ipsum in antiquis manuscriptis Psalteriis Carmelitarum annotatum vidimus. Quod proinde jure optimo pro stabilienda Carmelitana antiquitate notavit vir eruditus Joannes de Carthagina Ordinis S. Francisci in Homiliis suis super festo Commemorationis solemnibus B. Dei Genitricis MARIE de Monte Carmeli. Sed et ante ipsum Carolus Tapia supremi Concilii Regens, vir religiosissimus, pariterque doctissimus lib. de Relig. eundem S. Telesphorum Carmelitanæ adscribit Religioni.

Colitur 5 Januarii.

a Græci cum colunt xxii Febr. ut patet ex Menæis.

## DE S. SAI MARTYRE.

V JANUARI.

**M**enæa hunc mari mersum disticho encomiastico celebrant. Atibi altum de eo silentium.

### DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRICANIS

## FELICE, SECUNDO, HONORIO, LUCIANO, CANDIDO, JANUARIA, CÆLIFLORIA, JUCUNDO, ACUTO, PETRO, MARCO, SEVERO, ANASTASIA, TELESPHORO.

V JANUARI.

**H**i socii fortassis eorum fuere, de quibus vi Januarii agemus, qui Severi tempore incendio consumpti. Suntque aliqui cognomines, aut certe idem utroque die relati. Horum nomina extant in Martyrologio S. Hieronymi: In Africa, Felicis, Secundi, Honorii, Luciani, Candidi, Januariæ, Cælifloriæ (an Cælii et Floriæ, vel Floræ?) Jocundi, Acuti, Petri, Marci, Severi, Anastasi ms. *Rhinow*. In Africa Felicis, Secundi, Luciani, Jocundi, Petri, Marci. *Notherus*: In Africa, Felicis, Secundi, Honorii, Luciani, Candidi, Januarii, Telesphori, Jocundi,

Anastasiæ. *Idem vi Januar.* In Syria S. Anastasiæ. *An eadem est quæ hic refertur? nullam in Syria Anastasiam alibi lego. Nisi sit Anastasius de quo agemus ix Januar. cum S. Juliano passus vi Januar. Usuardi editio Coloniensis anni 1521.* In Africa, Felicis, Secundi, Honorii, Luciani, Candidi, Januarii, ms. *S. Martini Tornaci*: Eodem die Sanctorum Honorii, Luciani, Jocundi, ms. *S. Mariæ Ultrajecti*: et Sanctorum Felicis et Amandi, ms. *S. Martini Treviris*: Felicis et Amandi.

## DE SS. EUPREXIA VIDUA

### ET THEOGNIA VIRGINE.

CIRCITER  
AN. CHRIST.  
CCLXXX.  
V JANUARI.

**M**enis, sive Menæi, (oppidum est Siciliæ antiquissimum inter Ennam et Syracusam) Commemorationem hodie agi BB. Euprexia viduæ, et Theogniæ Virginis, matris et filia, ad quas S. Agrippinæ corpus Roma deportatum, Imperatoribus

Valeriano et Gallieno, testatur Octavianus Cajetanus Noster et Ferrarius in Generali catalogo Sanctorum S. Agrippinæ meminit Martyrologium Romanum xxiv Maji, et xxiii Junii.

DE